Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38279
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



52a

lam iudicatus est. id est isto occulto iudicio. iam praeparatus est. et ad illud manifes
tum. haec duo iudicia etiam in sapientia legimus. ubi scriptum est. propter hoc tamquam
pueris insensatis iudicium inderisum dedisti. hi autem hoc iudicio non correcti dig
num di iudicium expuisunt. Qui ergo non corrigunturisto occulto iudicio dignissi
me illo manifesto puientur. quocirca in hoc psalmo observanda sunt. occulta fi
lii. id est. et humilis eius adventus quo pro fuit genitab: cum cecitate iudeorum et
poena quae nunc occulte agitur nondum damnatione peccatorum. sed aut exercita
tione conversorum. aut ammonitionem ut convertantur aut cecitate ut damn
atione praeparentur qui conversi noluerint.

Confitebor tibi domine in toto corde meo. non in toto corde confitetur deo qui
de prudentia eius in aliquo dubitat. sed qui iam cernit occulta sapientiae
dei. quantum sit invisibile praemium eius. quidicit gaudemus in tribulatio
nib: et quemadmodum omnes cruciatos qui corporalit inferuntur aut exerci
tant conversos addm. aut ut convertantur ammoneant aut iuste damnatio
ni utique praeparent obdurtos. et sicomnia ad divinae prudentiae regimen.
referuntur. quae stulta quasi casu. et temere. et nulla divina amministratiõ.
fieriputant. Mirabo omnia mirabilia tua. nam tot omnia mirabilia di.
quia non solum in corporib: palam sed in animis invisibilit quidem sed longe sublimis
et excellentius fieri iudicat. nam terreni homines. et oculis dedita magis miruntur
resurrexisse in corpore mortuum lazarum. quam resurrexisse in anima psequen
tem paulum. sed quam visibile miraculum. ad illuminationem animam vocat. Invi
sibile autem eam quae occultavenit. Illuminat omnia. nam tot mirabilia di. quiredens
visibilib: ad intellegenda invisibilia transitum facit. Laetabor et exultabo
in te non iam in hoc saeculo. non in voluptate contrectationis corporum. nec
in palati. et linguae saporib: nec in suavitate odorum. nec in iocunditate sono
transeuntium. nec in formis corporum variae colorat. nec in vanitate
laudis humanae. nec in coniugio et plo morituri. nec in sup fluis tempo
lium diuturnarum. nec in conquisitione huius saeculi. sive quae loco rum
spatiis tenditur. sive quae successione temporis volutur. sed laetabor et ex
ultabo in te. in delicis inoccultis filii. ubi signatum est. in nobis lumen vultus
tui domine. et enim abscondisti eos. inquit. in abscondito vultus tui. Laetabitur
ergo et exultabit in te. quia mirabilia tua. Mirabit autem
mirabilia tua. siquidem nunc pro phetiam. dictum est. ille qui non vent
voluntatem suam facere. sed voluntatem eius qui eum misit. Iam enim in
cipit apparere psonadni. in hoc psalmo loquens. Nam sequitur. psallam